



ILLVSTRISSI-
MO ET GENEROSIS-
SIMO PRINCIPI AC DOMINO,
Dn. CHRISTIANO II. potentissimo S. R. I.
Electori & Prætorii Præfecto;

AVGVSTI nepoti, CHRISTIA-
NI I. Filio; SAXONIAE DVCI, THVRINGIAE
Landgravo, Misnia Marchioni, & Burggravo Mag-
deburgensi, Domino suo clementissimo:

Felix gubernationis initium, felicius medium, & feli-
cissimum exitum precatur.



*Tempus nunc DEO feliciter annos
tuos sospitante, præforibus est, quo Administratio Ele-
ctoratus tui, tibi Illustrissime Princeps Domine CHRIS-
TIANE, Domine Clementissime, iuxta Constitutionem Carc-
linae bulla demandanda est. In præludium ergo instantis istius gu-
bernationis, Illustrissimum Dn. Administratorem Ducem Fride-
ricum VVilhelmum, Dn. Tutorem Electoratus tui, accinxisse nu-
per latus tuum gladio, relatum accepimus. Qui ritus apud nos so-
lennis est, & ideo sic passim in aulico usu servatur, ut ius gestandi
gladium, non ad quosvis, cuius cuius illi sint vel ætatis vel conatio-*